

Sequuntur auctoritates. xi. vel secundū aliquos. xiiij. li  
bri aristo. de animalibus

**Q**uod alteratio in membro principali facit multam al-  
terationem in toto corpore.

In animalibus propter timorem accidit effusio ventris et vine  
Animalibus natantibus natura posuit coram inter digitos  
pedis. alijs vero non

Alle respitionū sunt mēbrales et sunt de coreo et indistincte

In quibus piscantibus collum est sicut arundo  
Delphines non habent fel

Natura vititur quibusdā supfluis ad iuuamentum

Larentia fellis est causa boni coloris.

Causa ventris est propter cibum ut digerat.

Manus nō est vnū instrumentū vel vnū organū sed multa  
quod p̄ eas hō plus potest habere quā p̄ cetera

Vigor pollicis est equalis vigori omnium digitorum

Operatio manuum est recipere et accipere. pedum vero susten-  
tate fugere.

Homo non habet caudam nec vllum animalium quod habet anchas  
homo vero non habet anchas.

Quadrupedia statim se erigunt. hō vero nō propter pondus capi-  
tis: quod homo est maior et ponderosior in superioribus

Virga virilis crescit et diminuit absque lesione sui inter omnia  
alia membra

Sequuntur aucto. xij. libri aristo. de animalibus

**Q**uod vitae in rebus sunt. finis: forma: materia: et efficiens.

In finitum natura respuit.

Homo qui pinguis est raro generat

Sperma est supfluum nutrimenti

Sperma femine non est conueniens generationi

feruntur ex p̄mixture duorum spermatum. **U**n̄ etiā mulier imp̄g  
nati sine emissionē spermatis et sine delectatione. **U**n̄ mulier ē

conueniens generationi secundum naturam menstrui et secundum naturam sper-  
matis quod ipsa emittit in coitu propter delectationem quod est hu-  
midum: nō autem est vere sperma. vñ nec oibus mulieribus con-  
cipientibus accidit eijcere sperma.